



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Ritus benedicendi novum Cœmeterium, per Sacerdotem, ab Episcopo  
delegatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

*Ecclesiam, ab Episcopo consecratam, reconciliare. Et tunc utatur ritu, in Pontificali præscripto: procedatque indutus amictu, albâ, cingulo, & stolâ ac pluviâ albi coloris; adhibitis secum aliis Presbyteris & Clericis, superpelliceis indutis, cum aquâ, ab Episcopo ad hunc usum ritè benedictâ.*

## Ritus benedicendi novum Cœmeterium per Sacerdotem, ab Episcopo delegatum.

**P**ridie quam fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterio benedicendo lignea Crux, alta ad staturam hominis; & ante ipsam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

Sequenti die, mane, Sacerdos in Sacristia paratus amictu, albâ, cingulo, stola & pluviâ albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum, & thuribulum cum incensi navicula, & hoc Rituali libro, & tribus candelis cereis; procedit ad Cœmeterium benedicendum, ante Crucem in medio positam; & affiguntur & accenduntur tres candelæ, super ligneum paxillum; & Sacerdos, ante Crucem & candelas stans discooperto capite, dicit:

Oremus.

**O**mnipotens Deus, qui es custos animarum, & tutela salutis, fides credentium; respice propitius ad nostræ servitutis officium, & ad introitum nostrum purgetur ✠, benedicatur ✠, & sanctificetur ✠ hoc Cœmeterium; ut humana corpora, hic post vitæ cursum quiescentia, in magna judicii



dicii die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitæ perennis gaudia. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Mox ante ipsam Crucem omnes, genibus flexis, dicunt Litaniarum dinarias, ut supra; incipiente Cantore, cæteris respondentibus. Et, cum dictum fuerit, Ut omnibus fidelibus defunctis Et c. Te rogamus audi nos. Sacerdos surgit, Et clara voce dicit, producens manu signum Crucis: Ut hoc Cœmeterium purgare, & benedicere ✠, digneris. Te rogamus, Et c. Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, Et Litania perficiuntur. Quibus finitis, surgunt omnes; Et Sacerdos Crucem aspergit aquâ benedictâ, dicens Antiph. Asperges me, Dñe, hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor. Miserere mei Et c. dicitur totus ab astantibus, cum Gloria Patri, Et c. ut supra. Quo dicto, repetitur Antiph. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, Et perambulat totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aquâ benedictâ: quo factò, redit ante Crucem, Et, ad ipsam respiciens, dicit:*

Oremus.

**D**Eus, qui es totius orbis conditor, & humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum, visibilium & invisibilium, perfectus dispositor; te supplici voce ac puro corde exposcimus, ut hoc Cœmeterium,

in quo



in quo famulorum famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula huius vitæ labentia, purgare ✠, benedicere ✠, & sanctificare ✠ digneris : quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus præstitisti, corporibus quoque eorum, in hoc Cœmeterio quiescentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Tunc figit in summitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas similiter ar dentes in duobus brachiis ejusdem Crucis. Deinde incensat ipsam Crucem; & aspergens Aquâ benedictâ, redit cum Ministris in Sacristiam.*

## DE ECCLESIAE

ab Episcopo consecratæ

ET COEMETERII EI CONTIGVI

## RECONCILIATIONE.



*Sacerdos, Episcopo inferior, non nisi ex peculiari Sedis Apostolicæ facultate potest Ecclesiam, ab Episcopo consecratam, si violata fuerit, reconciliare. Ecclesiæ autem violatæ & Cœmeterii ei contigui reconciliatio, per Sacer-*

Iii

dotem,